



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In die martis resurrectionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

ificata carne deus resurrexit. sed noluit in ea clarificatione discipulis apparere. quia non possent oculis talem claritatem perspicere. si enim antequam moreretur pro nobis resurgeret. quoniam transfiguratus est in monte. discipuli sui eum videre non potuerunt. quoniam magis clarificata carne domini eum videre non possent.



**D**e martis est euangelium. In illo tempore. Stetit iesus etc. Luce ultimo. Circa quod possunt

disputari sequentes questiones. **P**rima. utrum conueniens fuit christum resurgere cum cicatricibus. **S**ecunda. utrum conuenienter christus a discipulis discipulis se exhibuit. **T**ertia. utrum christus post resurrectionem vere comedit incorporando sibi cibum.



**D** primas questionez sic procedit. (ii. par. q. liii. ar. iij.) Et videtur quod non fuerit conueniens christus resurgere cum cicatricibus.

**P**rimo sic dicitur enim. s. 1. cor. xv. quod mortui resurgent incorrupti. sed cicatrices et vulnera videtur ad aliquam corruptionem

et defectum pertinere. non ergo fuit conueniens ut christus qui resurrectionis actor est cum cicatricibus resurgeret. **S**ecundo sic. corpus christi integrum resurrexit. sed aperture vulnorum contrariantur integritati corporis. quia per eas discontinuatur corpus. ergo inconueniens fuit cum illis resurgere. **T**ertio sic. (ut arguitur. ii. senten. distinctione vigesima prima. questione secunda. articulo quarto. questiuicula tertia.) Status resurgentium est status immutabilitatis. ergo christus in seipso non debuit demonstrare nisi quod semper futurum in eo erat. sed cicatrices non semper in eo manere debebant. quia dicitur damascenus quod tantum sine dispensationem fuerunt in eo. ergo non fuit conueniens ut christus cum illis resurgeret. **I**n oppositum est euangelium presens. **R**espondeo dicendum sub ista conclusionem. Conueniens fuit ut christus cum cicatricibus resurgeret. **P**robatur conclusio. Decet victorem insignia sue victoriae habere et ostendere. sed sicut dicit augustinus libro de ciuitate dei. Cicatrices vulnorum christi fuerunt victoriae sue indicia. ergo decuit ut eas haberet et ostenderet. **U**nde dicitur beda super lucam. Non ex impotentia curandi cicatrices christus seruauit. sed ut in perpetuum victoriae sue circumferat triumphum. **S**ecundo fuit conueniens ad



In die martis resurrectionis.

confirmandū corda discipulorū  
circa fidem sue resurrectionis.  
instruendo eos q̄ idēz sit qui pas-  
sus est ⁊ qui resurrexit. Tertio  
vt patri p̄ nobis supplicans qua-  
le genus tormenti p̄ homine per-  
tulit. semper ostendat. Quarto  
vt sua morte redemptis q̄ mise-  
ricorditer sint adiuti propositis  
eiusdem mortis iudicij insinua-  
ret. Quinto vt q̄ iuste damnen-  
tur impij in iudicio insinuet ostē-  
sis cicatricibus quas p̄ illis ac-  
cepit. ¶ Ad rationes in opposi-  
tum ¶ Ad primam respondetur  
q̄ cicatrices ille que in corpore  
christi permanserunt. et que in  
alijs martyribus. vt dicit augu-  
stinus. xxi. de ciuitate dei. non p̄-  
tinent ad corruptionem vel defe-  
ctum aliquem. sed ad maiorem  
cumulum glorie inq̄tum sunt  
quedam virtutis insignia. et in  
illis locis vulnerum quidaz spi-  
ritualis decore apparebit. ¶ Ad  
secundam respondetur. q̄ illa aper-  
tura vulnerum q̄uis sit cū qua-  
dam solutione continuitatis. to-  
tum tamen hoc recompensatur  
per maiorem decorem glorie. vt  
corpus non sit minus integrum  
sz magis p̄fectū. ¶ Ad terciā r̄-  
des negādo minore. Dicim⁹ em̄  
q̄ cicatrices semp̄ māsore sunt  
in corpe. q̄ aut̄ d̄r q̄ sint dispesa-  
tiue assūpte. hoc nō est. qz ad t̄ps  
assūpte sunt. sz qz nō erat de ne-  
cessitate nature. q̄ in x̄po rema-  
neret sicut accidit in nobis. sed  
p̄pter aliquē finē sicut dictū est.



¶ **S**ecundā  
questiones se-  
pceditur  
sen. dis. xxi. q. 1.  
ij. ar. iij. q. 1.  
Et videtur  
nō fuit com-  
mens q̄ x̄ps se palpandum  
pulis exhibuerit. ¶ Primo  
palpabile entz incorruptibile  
cōtrariuz. vt dicit Bregio. sz  
traria nō possunt esse in eodē  
cū ergo corp⁹ x̄pi esset incor-  
ruptibile. videt q̄ nō debuit se  
palpabile exhibere. ¶ Secūdo  
Differentie tangibilis sunt  
dum ⁊ frigidū ⁊ h̄mōi contrā-  
sed in corporib⁹ gloriificatis  
erunt h̄mōi qualitates cōtra-  
vt videt. ergo corp⁹ x̄pi pal-  
non potuit. ¶ Tertio sic. Pal-  
lū est palpabile quod resistit  
ctui ⁊ cui tact⁹ resistit. videt  
q̄uis sit tāgibilis. non tū est  
palpabilis sed corpori christi  
sistebat aliud corp⁹ quod tam  
clausis intrauit ergo palpa-  
potuit. ¶ Quarto spiritus  
vel mali possunt accipere cor-  
solidum. ergo per palpationem  
non sufficienter probatur  
tas corporis. ¶ In opposi-  
euāgelium nostrum vbi d̄r  
pate ⁊ videte ⁊c. ¶ Responde-  
cendū. q̄ christus inuenit  
pus suū palpabile discipulis  
hibuit. Patet ista conclusio  
niam ad ostendendā veritatem  
surrectionis conuenienter

toris. Quasi aut die

factu xpi mo



adiungit palpationē. vt. excludere  
retur visio per immutationē vi-  
sus ab imaginatione. et visio vni-  
bzaru. et visio spirituu. apparen-  
tium. ¶ Ad rationes in oppositu  
¶ Ad primā rñdet. qd omne corp⁹  
tangibile est per naturam corru-  
ptibile. Vñ fm p̄bos. celū est vi-  
sibile et nā tāgibile. sed qd est per  
naturā corruptibile p̄t esse per  
gloriā incorruptibile. Vñ quīs  
corruptibile et incorruptibile sint  
p̄traria simplr p̄t qd dicit gre-  
go. qd x̄ps ostēdit in se duo p̄ria.  
tū corruptibile p̄ naturā. et incor-  
ruptibile p̄ gloriā nō sunt p̄ria.  
Vñ sicut corp⁹ gloriofum h̄z in  
potestate sua videri et nō videri  
ita habet in potestate sua qd pos-  
set palpari et nō palpari. et vtrūqz  
sine miraculo. sed palpat p̄ natu-  
ram corporis. nō palpabile autē  
est inq̄tū corpus est instrumētū  
aie gloriose. ¶ Ad tertiā rñdet  
duplicif. Primo sic. qd palpatio  
nō pertinet ad sensum tact⁹. inq̄-  
tum est discretiu⁹ calidi. et frigi-  
di. et h̄mōi p̄trarioū. sed inq̄tū  
est discretiu⁹ corporū solidozum  
que habēt potentias naturales  
resistēdi et diuidēdi. et hec qdem  
soliditas est in corporib⁹ glorio-  
fis. etiā si nō sint qualitates ille  
cōtrarie. Scdo rñdetur. qd etiā  
q̄litates ille sunt in corpore glo-  
rioso q̄tum ad substātiā sed nō  
sunt q̄tum ad actionē qd vnum  
agat in alterū. qz cōtinebūtur p̄  
formā glorie. ne agant sicut con-  
tinetur per formā naturalem ne

dissoluāt coniunctū. ¶ Ad tertiā  
respōdetur negādo p̄nam. et ras-  
tio est. qz quīs corpore gloriofo  
nullū corpus nō gloriofum pos-  
set resistere. tū corpus gloriofum  
pōt resistere cuilibet alteri cor-  
pori et fm hoc potest palpari.  
¶ Ad quartā respōdetur negan-  
do p̄nam. et ratio est. qz quīs spi-  
ritus possit corpus solidū acci-  
pere nō tamen pōt assumere cor-  
pus solidū in quo appareāt oēs  
operationes vite. sicut p̄fecte in  
corpore x̄pi apparebāt. P̄terea  
ea qz opus artis non potest esse  
simile operi nature. quīs statiz  
nō perciperetur deceptio si spi-  
ritus corpus solidū assumpsisset  
tamen ex longa moza qualē x̄ps  
traxit cū discipulis suis nō pos-  
tuisset latere. qz ista que fiunt p̄  
artem demonis p̄ter viam na-  
ture non sunt diuturna.



**D**tertiam  
questionē sic  
p̄cedit. (quo  
libeto. iij. art.  
v.) Et videt  
qz x̄ps post re-  
surrectionē  
vere comederit cibuz sibi incor-  
porando. Primo sic. dicit augu.  
libro. lxxxij. q. Si fallit veritas  
non est. Unde nulla fictio decet  
x̄pm qui est veritas. esset autem  
fictio si non vere cibum incorpo-  
raret quem ipse comedere vide-  
batur. vere ergo comedit incor-  
porando sibi cibum. ¶ Secūdo  
m iij



## In die martis resurrectionis.

fic. si non fuit vera comestio nō videt argumētū sufficiens ostensuum veritatis humane nature ergo vera comestio fuit incorporando sibi cibuz. ¶ Tertio. si nō fuit cibus sumptus corpori incorporat. querit quid sit factū de illo. ¶ In oppositū arguitur ex eo qd damas. dicit in tertio libro qd xps et si gustavit cibuz post resurrectionē. sed nō lege nature. sed dispensationis modo veritatem credere faciēs resurrectionis. quia hec eadez caro est que passa est et que resurrexit. ¶ Respondeo dicendū qd aliquid dicitur esse verum dupliciter. Uno modo veritate significationis. Alio modo veritate naturalis speciei. si cut vox est vera veritate significationis qm significat esse qd est. Veritas aut naturalis speciei dependet ex principiis speciei. non aut ex effectibus vel ex his que quocūq; modo consequuntur. Unde vox dicitur vera voluntate naturalis speciei. qm format debitis instrumentis. et ex ore animalis profertur cum quadā imaginatione et etiam si a nullo audiatur quod est effectus sermonis consequens vocem. Legit aut in scripturis sicut in superioribus dictum est absq; necessitate et angelos comedisse et xpm post resurrectionē. Et utraq; comestio fuit vera vt augu. dicit. xij. de ctui. dei. Aliter tamen et aliter. In angelis enim fuit vera veritate significationis. quia vt

augustinus ibidem dicit. Angeli comederunt. non quia indigebant. sed quia volebant et poterant vt hoibus quadā sui ministerij humanitate congrueret. In christo autē fuit vera comestio veritate naturalis speciei. fuit enim exercita naturalis ministerij ad hunc actum ordinatis. Et etiam fuit vera veritate significationis quia significabat veritates humane nature in corpore resurgente. Quod autem conuertatur in corpus. est quidam sequens comestionē. vnde esse in nobis si cibus non conuertatur. sed statim per vomitū exiretur. nihilominus vera comestio que precessit. nō autem conueniebat vt in corpus xpi cibus conuerteretur qd iam erat extrinsecus generationis et corruptionis. Et sic patet responsio ad primam rationē in oppositū. Quod secundā responderetur. neganda consequentiā. Pro quo nota sunt albertum super Lucam. qd sic dicit ambrosius duplex est imitatio. et utraq; veritatis nature demonstratiua. Una quidem indigentis que cibum sumptis sibi incorporat et ex eo accipit confortationē et hec est animalis corporis. ¶ Alia autem est pure potestatis et nullius imitatis demonstratiua. et hec cibum sumit. sed digerendo eum sibi non incorporat sed potestate nature consumit. et in partem conuertit materiā. sicut radius

1012. Gradat. die de

1012. xpi mlti



consumit aquam et hac potest a te christus manducauit post resurrectionez. hec autē potestas non est nisi vere carnis corpore et non in fantasijs necromantis eorum. Unde ab ista sicut a firmissimo sue resurrectionis argumento pcessit christus. Et istis patet responsio ad tertiam quid sit factum de illo cibo.



**M** octauis pasche ē euāgelium. In illo tpe. Luz se ro esset die illo etc. Job. xx. Circa qd pnt disputari sequentes questiones. **Pri**

ma. vtrū conueniens fuit vt xps post resurrectionem cum discipulis continue conuersaretur. **Seda.** vtrum christus intrauit ad discipulos clausis ianuis. **Tertia.** vtrum thomas cicatrice christi tetigerit. vel tantum viderit.



**P**rima questione sic pcedit. (iij. p. q. lv. arti. iij.) Et videt fuisse conueniens qd christus post resurrectionem suam continue cum discipulis conuersaretur.

**P**rimo sic. ad hoc enim christus post resurrectionem discipulis apparuit vt eos de fide resurrectionis certificaret. et consolationem perturbatis afferret sicut illud Johannis. xx. **B**ausi sunt discipuli viso domino. sed magis fuissent certificati et consolati si eis continue suam penitentiam exhibuisset. ergo videtur fuisse conueniens vt continue cū eis conuersaretur. **S**ecundo sic. christus resurgens a mortuis non statim ascendit in celum. sed post. xl. dies. vt habetur Actuum. s. Illo autem tempore intermedio in nullo alio loco potuit conuenientius esse qd vbi discipuli eius erant congregati. ergo videtur conueniens qd cum eis continue conuersatus fuisset. **T**ertio sic. ipso die resurrectionis dominice christus apparuisse legitur quinquies: vt augustinus dicit de consensu euangelistarum. Primo quidem mulieribus ad monumentum. Secundo eisdem regredientibus a monumento in itinere. Tertio petro. Quarto duobus euntibus in castellum. Quinto pluribus in hierusalem vbi non erat thomas ergo videt qd etiam alijs diebus ante ascensionem debuerit pluries alijs apparere. **I**n oppositum est euangelium presens. vbi dicitur. Post dies octo apparuit discipulis non erge continue conuersabatur cum eis. **R**espondeo dicendum sub ista